

TAXANDRIA

Gedenkschriften van den
Geschied- en Oudheidkun-
digen Kring der Kempen.

7de jaargang Nr 2. 1910.

Oorkondenboek

van

't Gasthuis van Herenthals

(Vervolg)

2

Arnold van Leuven, heer van Breda, geeft eenen jaarlijkschen cijns van achttien pond klein Leuvens op het land en de meierij van Breda aan Jan de Dunis (*Ter Duinen?*), in den echt ver-eenigd met Catharina Bonte, van Mechelen, wier vader, Willem Bonte, aan zijnen onmiddelijken voorzaat, Hendrik, heer van Breda, eene som van twee honderd pond derzelfde munt had geleend.

30 October 1281

Universis presentes litteras inspecturis *Arnoldus de Lovanio*, dominus de *Breda*, salutem et rei subscripte cognoscere veritatem. Cum nos per precem nobilis *Henrici*, dudum domini de *Breda*, fuerimus obligati *Willemo*, dudum dicto *Bonte*, de *Maglinea*, in ducentis libris lovaniensis parve monete, in quibus dictus idem Henricus, dominus de Breda, obligatus exstiterat eidem dicto Bonte ex debito legali, noverit universitas vestra quod nos ratione predictarum ducentarum librarum et favoris quem ad *Johannem de Dunis*, maritum *Katherine*, filie dicte predicti *Wilhelmi Bonte*, gerimus, conferimus titulo feodi eidem Johanni cum uxore sua decem et octo libras lovanienses parve monete annis singulis perpetuo percipiendas de censu nostro de Breda, in die sancti Remigii et de maieria nostra ibidem, ita quidem quod nos aut dux Brabantie vel alter quicunque, qui nobis succedet in dominio de Breda predicto, decem et octo libras predictas redimere poterimus simul et semel a predicto Johanne seu ab eius successoribus, quandocumque nobis placuerit aut eidem duci, suis heredibus vel alteri cuicunque qui nobis in dominio prenotato successerit, quindecim diebus ante festum beati Remigii pro ducentis libris monete predice. Mandamus igitur per presentes litteras collectoribus reddituum nostrorum terre de Breda ut predicto Johanni et suis successoribus predictas decem et octo libras annuatim solvant, ex parte nostra, propter difficultatem loco et termino supradictis. In cuius rei testimonium presentes litteras dicto Johanni contulimus et suis heredibus nostro sigillo sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octagesimo primo die Symonis et Jude, apostolorum.

Oorspronkelijk handvest op perkament, groot 115 op 177 mm. met nog een stuk zegel.
Op de keerzijde :

Dit es Breda.

5.

GOETSCHALCKX, *Bijdragen tot de Geschiedenis van 't oude hertogdom Brabant*, II, 95.

3.

Testament van Hendrik van Bouwel, gezeid Here.

24 November 1296.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Ego *Henricus de Boudela* dictus *Here*, mentis mee et corporis per omnia compos, anime mee saluti providere cupiens, meum in hunc modum condo et ordino testamentum. In primis igitur volo et ordino quod omnia mea debita plenarie persolvantur. Teneor enim et debeo hospitali de Herenthals quadraginta solidos turonenses reddituum perpetuorum; item decem et septem libras eiusdem monete semel solvendas, quas sic ordino percipiendas: videlicet sex libras a *Waltero* dicto *Hildemaer*; item a *Beatrice de Herle* tres libras, in natali vero Domini de meis redditibus ordino quatuor libras recipiendas a *Renero de Ecle*; in festo beati Johannis Baptiste quatuor libras residuas ab eodem ordino recipiendas. Si vero aliisque debita alia a predictis inveniantur seu per aliquos fidedignos ostendi poterunt in quibus alicui fuero obligatus, volo quod de meis bonis, de consilio exsequorum meorum, exsolvantur.

Ordino etiam et assigno decem solidos reddituum perpetuorum in manibus meorum exsequitorum vendendos et distrahendos pro defensione testamenti mei, si quis se opposuerit; alioquin mei exequatores dictam pecuniam in salutem anime mee convertent, prout eis videbitur expedire. Do igitur et lego pure propter Deum et in remedium anime mee decem solidos reddituum perpetuorum monete legalis, ad opus capellanie, hospitali de Herenthals. Item do at lego in curti beghinarum de Herenthals quadraginta duos solidos monete legalis reddituum perpetuorum annuatim et perpetuo sic distribuendos, videlicet pro meo anniversario et quinque aliis anniversariis duodecim solidos annuatim; item presbyteris eiusdem curtis duos solidos, inter se equaliter annuatim partiendos. Item do capellanie domini *Arnoldi* in dicta curia duos solidos reddituum perpetuorum; item infirmarie ibidem duos solidos reddituum perpetuorum. Item do *Aleydi de Vorslaer*, mee consanguinee, quinque solidos reddituum perpetuorum quoad vixerit recipiendos, post mortem vero dicte Aleydis dicti quinque solidi ad infirmariam curtis beghinarum de Herenthals predictam perpetuo devolventur. Item do et assigno decem et novem solidos monete predicte reddituum perpetuorum, defendendos et parciendos pauperibus beghinabus predicte curtis an-

nuatim per manus magistrarum ipsius curtis, prout eisdem anime mee saluti videbitur expedire.

Item do et lego propter Deum Sancto Spiritui in Herenthals quinque solidos monete legalis reddituum perpetuorum. Item domui Leprosorum in Herenthals do quatuor solidos monete legalis, quos quatuor solidos assigno perpetuo recipiendos super domistadio, situato in vico arene in Herenthals.

Item do et lego ecclesie de Boudela triginta denarios monete legalis ante ymaginem beate Marie Virginis pro lampade illuminanda. Item do et lego presbytero de Boudela triginta denarios eiusdem monete reddituum perpetuorum pro anniversario meo, patris mei et matris mee et matertere, annuatim et perpetuo faciendis. Item do et lego mense Sancti Spiritus in Boudela triginta et quinque solidos monete legalis reddituum perpetuorum.

Item do et lego apud sanctum Bernardum in Scelle quinque solidos reddituum perpetuorum monete predice, distribuendos pauperibus ante portam. Item do quinque solidos perpetuorum reddituum conventui sancti Bernardi ibidem ad pitantiam in die anniversarii mei annuatim distribuendos.

Item do et lego infermarie beghinarum de Lyra in curti quinque solidos reddituum perpetuorum.

Item do et lego tribus beghinabus meis consanguineis sororibus, commorantibus in Machlinia, quinque solidos eiusdem monete reddituum perpetuorum quoad vixerint inter se partendos. Post mortem vero dictarum beghinarum volo quod predicti quinque solidi infirmarie curtis beghinarum cedant perpetuo recipiendi.

Item do et lego liberis *Gosuini* dicti *Ghelinx*, bone memorie, commorantibus ad Vorslaer, viginti solidos legalis monete perpetuorum reddituum.

Summa horum legatorum perpetuorum novem libre cum undecim solidis quos sic assigno recipiendos, videlicet novem libras a Reinero de Ecle, commoranti apud Boudela, item a *Johanne* dicto *Ganna* septem solidos eiusdem monete reddituum perpetuorum super domo sua, in vico dicto Coppendale situata, item quatuor solidos super domistadio, situato in vico arene, perpetuorum reddituorum.

Insuper do et lego ob remedium anime mee liberis *Amelii* bone memorie de *Wickenvorst* viginti solidos parvorum turonens-

sium semel dandos; item *Johanni de Straten* consanguineo meo, commoranti in Boudela, quindecim solidos semel dandos; item *Margarete*, beghine, sorori dicti Johannis, quindecim solidos semel dandes; item fabrice ecclesie beghinarum de Herenthals decem solidos semel dandos; item domino *Henrico* dicto *Scotte*, capellano ibidem, tres solidos semel dandos; item domino *Arnoldo*, plebano de Herenthals, decem solidos semel dandos; item domino *Sygero* et domino *Gerardo*, capellanis, cuilibet tricesimum; item confraternitati beate Marie in Herenthals quindecim solidos semel dandos; item uxori *Egidii*, dicti *Roonx*, decem solidos semel dandos.

Item do et ordino duo sextaria siliginis et firtellam apud Reinerum de Eccle recipienda; item ordino firtellam recipiendam apud *Cristinam de Vaert*, quam quidem siliginem volo per Margaretam de Straten et Aleydim de Vorsselaar deferi et distribui pro orationibus et suffragiis fidelium impestrandis.

Item do *Margarete de Rostal* duodecim denarios semel dandos; item *Johanni de Kessele* duodecim denarios semel dandos; item *Elisabeth de Halla* duodecim denarios semel dandos. Ad predicta vero legata solvenda omnia mea bona tam mobilia quam immobilia obligo. Si quid vero ultra testamentum predictum residuum fuerit vel in mobilibus bonis vel hereditariis, hoc meis exsequitoribus committo ut in salutem anime mee convertant, prout eis videbitur expedire.

Huius autem testamenti meu seu ultime voluntatis exsequidores eligo discretos viros, videlicet magistrum *Walterum*, curatum de Ghele, dominum *Johannem*, presbyterum de Boudela, fratrem *Sygerem*, presbyteros, *Arnoldum* dictum *Hansutteren*, *Gerardum Mennekenum*, scabinos in Herenthals.

Nos vero, presbyteri et scabini predicti, in signum suscepti oneris sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M^o CC^o nonagesimo sexto, in vigilia beate Katherine Virginis.

Et quia ego, Gerardus Menneken, exsequitor testamenti predicti, sigillo ad presens careo proprio, rogo *Walterum de Venna*, scabinum in Herenthals, ut cum hiis quibus presens scriptum

est annexum loco mei sigillum suum apponat. Et ego Walterus de Venna predictus ad supplicationem dicti Gerardi huic scripto, presentibus annexo (*duxi app*), (1) sigillum meum duxi apponendum. Rasuram scilicet duxi approbandam. Datum anno Domini M^o CC^o nonagesimo sexto, in vigilia beate Katharine Virginis.

Oorspronk. handv. groot 33 op 24 cm. De zegels ervan zijn verloren. De laatste paragraaf, beginnend met de woorden *Et quia ego Gerardus Menneken*, staat op een bijzonder stukje perkament, vastgemaakt aan de grote handvest. Hieraan is nog een stukje van het zegel van Wouter van de Venne.

Bijdragen tot de geschiedenis van 't oude hertogdom Brabant, II, 97.

4.

De meester, de meestersse en het convent van 't gasthuis van Herenthals verkoopen aan Margareta van den Steen (de Lapide), beginn te Lier, eene jaarlijksche rent van twintig schellingen. Van die rent zal deze jaarlijks twaalf deniers betalen aan den geestelijken bestuurder van 't gasthuis voor het jaargetijde haars vaders. Na hare dood zal zij ook een jaargetijde hebben, maar zal het betalen van gezeide rent ophouden, zoodat hare erfgenamen hierop geen recht zullen hebben.

7 Mei 1302.

Universis, presentes litteras visuris, magister et magistra totusque conventus hospitalis de Herenthals salutem in Domino. Quum omnia que in tempore fiunt cum tempore labuntur nisi munimine scripturarum roborentur, hinc est quod nos tam presentibus quam futuris significare curamus, quod nos vendidimus *Margarete de Lapide*, beghine de Lyra, filie quondam *Egidii de Lapide*, bone memorie, viginti solidos usualis monete, communiter annuatim currentis in bursa, solvendos in vigilia nativitatis Domini dicte Margarete annuatim quamdiu vixerit, hac adjecta

(1) Zoo in het handschrift, doch doorgedaald.

conditione, quod presbiter qui in dicto hospitali deservierit de dictis viginti solidis duodecim denarios annuatim recipiet pro anniversario Egidii de Lapide, patris quondam predicte Margarete, celebrando. Quod quidem anniversarium est et celebratur quarta die ante ingressum Aprilis. Post mortem vero Margarete predicte hospitale de Herenthals prenominatum a solutione dictorum viginti solidorum liberum remanebit penitus et immune. Anniversarium tamen Margarete predicte et Egidii, patris ejusdem Margarete, imperpetuum celebrabit annuatim sollicite et devote. Datum anno Domini M^o CCC^o secundo, feria secunda post Dominicam qua cantatur Misericordia. Superscriptionem approbamus. — De Lyra celebrando. — Datum ut supra.

Oorspronk. handv., groot 13 op 27 cm. met het zegel van 't gasthuis nog aan. — Dit zegel in donker blauw was, verbeeldt eene vrouw, met opgeshorten bovenrok, van links naar rechts gebogen, bezig zijnde een kind dat met de voeten in eene kuip staat te reinigen. Boven in het schild, dat oval is, en boven en onder in ogief uitgaat, staat eene gedaante die niet slecht op een langen dunnen manspersoon gelijkt, waarvan het kleed, in vorm van rok, slechts tot aan de knieën afdaalt. Het geheel is omringd door de woorden, links, SIGILLUM, en rechts, HOSP. HERENT.

Bijdragen enz. II, 101.

5.

Wouter van Beersse schenkt voor schepenen van Turnhout, aan zijne gade, Elisabeth van de Venne, eene somme van negentig pond tournois op zijne goederen. De Turnhoutsche schepenen waren Nicolaus Leip, Gilbertus Durus en Dionisius van Alboome.

13 Mei 1305

Universis, presentes litteras inspecturis, *Nycholaus Leip*, *Gilbertus Durus* et *Dyonisius de Alboome*, scabini in Turnout, salutem et noscere veritatem. Noverint universi, quorum interesse disnoscitur quod *Walterus de Bersa*, filius quondam *Willemi* bone

memorie, in presentia nostra personaliter constitutus, sanus et compos sue mentis, donavit et construxit *Elyzabet*, sue uxori, filie *Henrici de Venne*, nonaginta libras, recipiendo antiquum regale Turonense pro XXVI denariis, vel nigrum turonense parvum pro tribus..... super hereditate et bonis suis infrascriptis, primo super prato, dicto *groetdunch*, *bubbescor*, *theghenevelde*, et super dimidietate domus in qua moratur cum eiusdem appenditiis, apposita etiam et annexa hac conditione, videlicet quod, si dictus Walterus diem clausurit extremum, dicta Elyzabeth sua uxore viva, quod ipsa sine oppositione priorum heredum dicti Walteri dictas nonaginta libras libere percipiet et levabit; vice autem versa si dicta Elyzabet antequam dictus Walterus carnis universe solverit tributum, heredes legitimi utique dicte Elyzabet dictas nonaginta libras super dicta hereditate pacifice recipient et levabunt. Majoris autem causa assertionis et affirmationis dictus Walterus dictam Elyzabet juxta sententiam scabinorum in dicta hereditate plenarie hereditavit. In cuius rei testimonium et munimen et ut dicta compositio apud posteros vires habeat et vigorem, nos, scabini supradicti, per annexionem nostrorum sigillorum presens scriptum reddimus roboratum. Datum in die sancti Servatii episcopi, anno Domini M^o CCC^o quinto.

Oorspr. handv. groot 11 op 16 1/2 cm.,
met de nog aanhangende zegels van
Gilbertus Durus en Dionisius de Alboome.
Bijdragen enz. II, 102.

6

Hendrik de Vico (*Van Wyck?*) eindigt een geschil, dat hij had met het gasthuis van Herenthals over de tienden van Viersel en verscheidene andere moeilijkheden met hetzelfde, uit de nalatenschap zijs broeders, Sigerus, procurator eertijds des gasthuizen, gerezen.

1 Juni 1305

Universis presentes litteras inspecturis *Arnoldus*, filius *Willemi*, *Johannes de Oelne*, *Adam de Dicbercht* et *Johannes de Ghele*, scabini in *Herenthals*, salutem et testimonium veritatis acceptare. Nove-

rint universi quod, in presentia nostra propter hoc personaliter constitutus, *Henricus*, dictus *de Vico*, frater quondam domini *Sygeri*, procuratoris hospitalis de Herenthals, presbyteri, bone memorie, qui predictum hospitale de decima sua, scita in *Viersele*, necnon et de quibuscumque causis et querelis, inter ipsum Henricum ac prefatum hospitale usque in diem confectionis presentium habitis sive ventilatis, quitavit et quitum pure proclamavit, nichil juris in prefata decima amplius observando harum testimonio litterarum sigillis nostris sigillatarum. Datum anno Domini M^o CCC^o quinto feria tertia post assencionem Domini.

Oorspr. handv. op perkament, groot 104 op 197 mm. met de zegels van Jan van Oelne en Jan van Ghele.

7

Oiardis, dochter van Jan Oten, koopt twee cijnsen, eenen op een huis op den hoek der Broekstraat en eenen op een huis in de Haperstraat te Herenthals.

4 Februari 1310

Universis presentes litteras visuris *Adam de Dicbercht* et *Petrus de Turnout*, scabini in *Herenthals*, salutem et scire veritatem. Noveritis quod *Oiardis*, filia *Johannis* dicti *Oten* primogenita, emit et legitime comparavit cum *Johanne* dicto *de Palude*, nostro coepidano, octo solidos annui et hereditarii census talis monete, qualis domino nostro domino duci Brabantie de veteri censu suo in Herenthals singulis annis imposterum de suis censuariis solvetur, capiendos et levandos a predicta Oiarde suisque heredibus seu successoribus super domo sua cum fundo et eius attinentiis, sita supra conum vici, dicti vulgariter *Broekerstrate*, (1) singulis annis pro medietate in festo beate Johannis Baptiste et reliqua medietate in festo natalis Domini. Preterea emit et comparavit dicta Oardis cum *Matheo* dicto *de Hapert* septem solidos annui

(1) Eertijds werden de straten in de steden en de dorpen dikwijls genaamd naar de bijzondere personen die er in woonden. Een dubbelt voorbeeld hebben wij er hier van: de straat waar Jan van den Broek in woonde hiet de *Broek-* en die waar Matheus van Hapert in verbleef hiet de *Hapertstrate*.

et hereditarii census supradicte monete, capiendos et levandos ab eadem Oiarde singulis annis in terminis supradictis super domo jamdicti Mathei cum fundo et eius attinentiis, sita in vico dicto *Haperstrate*, inter domum quondam *Nicholai* dicti *Mollitoris* atque domum *Hugonis de Velthoven*. Quibus premissis omnibus et singulis sic rite peractis et adhibitis hiis omnibus et singulis in talibus adhiberi debitis et consuetis, receptor domini ducis ia Herenthals per suam monitionem et nostram sententiam investivit et adheredavit predictam Oardim in dictum censem, eumdem ab eadem Oiarde hereditarie posidendum, salvo semper jure cuiuslibet, presentium testimonio litterarum sigillis nostris sigillatarum. Datum anno Domini M^o CCC^o nono feria quarta post purificationem beate Marie virginis.

Oorspr. handv. op perkament, groot 12 op
22 1/4 cm. met de twee zegels nog aan.
Op de keerzijde:
In de Broekstrate.
In de Haperstrate.

8

Rechterlijke echtscheiding van Wouter Leppere, van Wolstee, en Heilwigis Pape, gehuisschen te Herenthals.

15 September 1311

Universis presentes litteras visuris et audituris *Johannes de Oelle*, *Adam de Dicbercht*, *Johannes Pape* et *Johannes Meyerken*, scabini in *Herenthals*, salutem cum notitia veritatis. Noveritis quod, in nostra propter hoc presentia personaliter constituti, *Walterus* dictus *Leppere*, de *Wolstheet*, et *Heilwigis*, eius uxor legitima, filia *Walteri* dicti *Pape*, qui occasione cuiusdam discordie, mote non semel sed pluries inter ipsos, nolentes invicem, prout decet, confidere, suorum amicorum communis consilio, spontanea quoque eorum voluntate, non coacti, divisionem suorum bonorum omnium fecerunt per asscensum *Willelmi* dicti *Vermeinen*, mamburgi sive tutoris legitimi predicte Heilwigis, deputati sententialiter eidem Heilwigi, necnon conditiones infrasciptas ordinaverunt inter se ab ipsis partibus perpetue firmiter observandas sub pena viginti librarum monete, currentis pro tempore, a parte

conditiones easdem infringente domino duci solvendarum, vide-licet quod dictus Walterus in expensis suis propriis atque custibus a domino episcopo vel officiali *Cameracensi* vel ab alio, plenam habente potestatem, litteras competentes, si poterit, im-petrare debeat, quod ipsi conjuges, scilicet Walterus et Heilwigis predicti, per licentiam predictorum prelatorum sedere poterunt absque calumpnia, quamdiu vixerint, ab invicem et a thoro le-gitimo separati, et quod alter eorum alterum ad se nec ad thorum, nisi de communi consensu eorum amborum plene precesserit, minime poterit per se nec per alium vel alias advocare, hoc adjecto quod dicti conjuges, scilicet Walterus et Heilwigis, si-militer jam abinvicem separati sedere promiserunt, donec pre-dictus Walterus predictas litteras secundum formam, superius expresse declaratam, impetrare valeat commode et quilibet eorum conjugum suam culpam super huiusmodi divortio et super qui-buscumque suis excessibus semper pro se solo fideliter emenda-bit. Omnibus vero premissis sic peractis, predicti conjuges, Wal-terus et Heilwigis, unacum predicto Willelmo, tute predice Heilwigis, divisionem suorum bonorum omnium concilio suorum amicorum communium ordinarunt et fecerunt in hunc modum, sub pena supradicta perpetuo firmiter observandum, scilicet quod dictus Walterus Lepperhe omnia sua bona pheodalia, tam acqui-sita quam patrimonialia, unacum omni hereditate sua patrimo-niali, ubicumque situata, atque mancionem suam sive domum cum fundo et eius attinentiis, sitam in Wolstheet, necnon me-dietatem omnium aliorum bonorum suorum acquisitorum, mo-bilium et immobilium, ubicumque situatorum, pro sua portione solus integraliter obtinebit. E contra vero supradicta Heilwigs reliquam medietatem omnium predictorum bonorum acquisitorum, mobilium et immobilium, unacum quadam terre petia et cum omnibus denariis, quos denarios et quam terre petiam pre-dictam Walterus Pape, pater predicte Heilwigis, conferre pro-miserat predicto Waltero Leppere in dotem cum predicta sua filia, necnon tres liberas pecunie, quas dictus Walterus Leppere predicte Heilwigi paratas contulit pro sua portione de predictis bonis predicti Walteri et non plus, habebit fideliter et tenebit. Preterea recipiet et levabit predicta Heilwigis anno quolibet, quamdiu dictus Walterus eius maritus vivere debeat et non amplius, viginti siliginis modiculos, quos Walterus Leppere de-

Vorselaer, dictus Kaenen, debet annuatim predicto Waltero Leppere de Wolfstheet et, ipsa Heilwige defuncta, predicti viginti siliginis modiculi redient ad predictum Walterum Leppere de Wolstheet ipsum superstitem, ab eodem Waltero deinceps quoad ipse vixerit capiendi. Quibus autem predictis partibus contentis, prout asserebant, et pagatis sic super divisione predictorum bonorum omnium facta superius et super quibuscumque condicionibus supradictis, promittentibus similiter eamdem divisionem bonorum et quascumque conditiones supradictas sub pena predicta perpetue firmiter observare, altera eorum partium alteram, de predictis bonis assignatis cuilibet eorum per ascensum predicti Willelmi, tutoris predicte Heilwigis, quitam proclamavit effestucando. Preterea si quamcumque predictarum partium bona sua predicta vendere vel obligare vel quocumque modo alienare contigerit, altera tunc earum partium dictarum scilicet Walterus et Heilwigis, dum ab alio requisitus fuerit, promisit ad quascumque curias a quibus predicta bona dependent comparere fideliter et adesse, facturus ibidem absque custibus suis de renuntiationibus et effestuationibus et de omnibus aliis super ipsis bonis perficiendis quicquid debita sententia illorum, quorum intererit sententiam super hoc proferre, dictaverit ab eo libere faciendum. Condictum est insuper inter partes predictas, mediante concilio predicti Willelmi, mamburgi predicte Heilwigis, si eadem Heilwigis per se aut per alium vel alios imposterum contra predictas conventiones vel eius aliquam aut contra predictam divisionem predictorum bonorum duxerit agendum, quidquid in corruptionem et in destructionem premissorum petendo aliam divisionem bonorum a predicto Waltero vel a suis heredibus, quam superius est expressum, vel si eadem Heilwigis predictum Walterum deinceps occasione aliquorum premissorum vel occasione alicujus cause, inter ipsos hucusque habite sive ventilate, molestaverit sive fecerit imposterum molestari, ipsa tunc Heilwigis solutura predictam pecunie penam, valorem competentem omnium bonorum que ipsa ex divisione facta superius habuit et recepit ad legitimam computationem nec non omnes denarios, quos Walterus Pape, pater eius, eidem Heilwigi nomine dotis conferre promiserat, reportare tenebitur predicta Heilwigis integrilater et obligavit ad predictum Walterum, suum maritum, vel ad

eius heredes, ipso defuncto, receptura extunc eadem Heilwigis quidquid ab eodem Waltero et a bonis suis rigore juris recipere tenebitur et habere, salvo semper jure cuiuslibet. In quorum omnium premissorum testimonium et munimen sigilla nostra ad supplicationem predictarum partium presentibus litteris duimus apponenda. Datum anno Domini M^o CCC^o undecimo, feria quarta post nativitatem beate Marie virginis.

Oorsp. handv. op perkament, groot 31 op 31 cm., met de zegels nog aan van Jan van Oolen en Jan Meijerken.

Op de keerzijde :

Divortium conjugum et separatio bonorum. Brief van vorwerden, daar niet veel aan leeght.

9

De meesteres en 't klooster van 't gasthuis bekennen dat zij den cijns van 20 schellingen, welken Jan van Staecbroek, kapelaan op 't begijnhof en procurator van 't gasthuis, met zijn eigen geld voor hen had gekocht op het huis en de hofstede van Catharina Hovesstaerts op de Merkt, aan dezen en na zijne dood aan zijne nicht, Berta de Clerk, zoolang zij leven, zullen betalen.

17 September 1314

Universis presentes litteras visuris magistra et conventus hospitalis in *Harenthals* (1) salutem cum notitia veritatis. Noverit vestra universitas quod vir venerabilis et discretus, dominus *Johannes*, dictus *de Staecbroek*, capellanus curtis beghinarum in Harenthals, provisor noster, cum sua ipsa pecunia nobis et nostro hospitali viginti solidos usualis monete anni et perpetui census comparavit de domo et domistidio *Katerine* dicte *Hovesstaerts*, sitis juxta forum de Harenthals, singulis annis capiendos, quos quidem viginti solidos singulis annis dicto domino Johanni, quoad vitam suam et non ultra, mediatim in nativitate Domini et mediatim in nativitate beati Johannis Baptiste, solvere et dare promittimus bona fide. Et post decessum predicti domini

(1) De hoofding van deze oorkonde zegt dat op dit oogenblik, de broeders, waarvan in 1253 spraak is, reeds opgehouden hadden te bestaan.

Johannis dabimus et dare promittimus predictos viginti solidos *Berte*, filie *Henrici* dicti *Clerici*, juniores, nepti dicti domini Johannis, singulis annis, quoad vixerit, ad terminos antedictos. Post decepsum vero predictorum domini Johannis et Berte, nepitis sue, dicti viginti solidi annui redditus nobis et nostro hospitali libere cedent et quiete a solutione eorumdem nos et nostrum hospitale liberi penitus erimus et soluti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris una cum sigillo predicti domini Johannis, nostri provisoris, quod ad maius robur et firmatatem premissorum eisdem apponi rogavimus, est appensum. Datum anno Domini M^o CCC^o XIII^o die beati Lamberti.

Oorspr. handv. groot 12 op 17 cm. met nog een stuk, echter onleesbaar, zegel.
Op de keerzijde:
Van Chysen die vercocht waren.

IO

Margareta en Heilwigis van Melle, Wouters dochters, verkoopten aan Elisabeth Kempeneers een huis met hof, gelegen in de Koetersstraat, nabij de brug.

15 Juli 1315

Universis presentes litteras visuris ac audituris nos, *Johannes Paep* et *Johannes Meyerken*, scabini in *Herenthals*, veritatis notitiam cum salute. Noveritis quod *Margareta* et *Heilwigis de Melle*, filie *Waltri*, propter hoc in presentia nostra personaliter constitute, vendiderunt hereditarie *Elisabeth Kempeneers* viginti solidos monete communiter in bursa currentis super domo et curte cum suis attentiis in platea dicta *Coeterstraet*, juxta pontem situata, que domus cum suis attentiis quondam fuit Heilwigis de Melle, bone memorie, earum ave, pro una medietate ad natale Domini et pro reliqua dimidietate ad festum beati Johannis Baptiste, predicte *Elizabeth Kempeneers* seu latori presentium fideliter ac integraliter persolvendos, hoc adjecto quod predicte viginti solidi census hereditarii persolventur et levantur predicte *Elizabeth* seu latori presentium super dictis domo et curte cum suis attentiis post censem annum dominorum. Quibus vero premissis sic rite peractis et adhibitis super hiis a predictis, videlicet

Heelwige ac Margareta cum tutore earum, eis assignato per monitionem judicis ac per sententiam scabinorum renuntiationibus et effestuationibus et quibuscumque aliis in talibus adhibitis et consuetis, predicta Elizabeth Kempeneers imposita est munificata ac hereditata per monitionem receptoris ac per sententiam scabinorum in predictos viginti solidos, super dictis domo et curte cum suis attentiis, deinceps in forma predicta eosdem viginti solidos perpetue persolvendos, tali tamen conditione apposita quod predicta Elizabeth Kempeneers stabit et se stare obligavit ordinationi nostri opidi de Herenthals participando damnum, lucrum ac quocumque aliud, quod in dicto opido nostro statutum fuerit seu ordinatum secundum consuetudinem opidanorum nostrorum aliorum seu opidanorum habentia (*sic*) bona similia bonis prelibatis. In cuius rei testimomum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M^o CCC^o XVI in divisione apostolorum.

Oorspr. handv. groot 15 op 20 cm., met het zegel van Jan Meyerken.
Op de keerzijde:
Littera de XX solidis in de Koeterstrate.

II

Jacob, deken der christenheid van Antwerpen, beroeft de erfgenamen van Aleidis van der Voert voor den rechter, ten einde hen te verplichten het legaat uit te voeren, door gezeide Aleidis aan hare kleindochter, insgelyks Aleidis geheeten, geschonken.

25 Augusti 1316

Jacobus, decanus christianitatis *Antwerpensis*, omnibus et singulis presbiteris et capellanis dicti decanatus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Ex parte Aleydis, filie *Aleydis dicta de Voert*, nobis est conquerendo monstratum quod licet *Cristina dicta de Voert*, avia dictae Aleydis, necnon *Aleydis*, quondam matris dictae Aleydis, de *Elisabet dicta de Voert*, matri tercera dictae conquerentis, in earum testamentis seu ultimis voluntatibus, pie, pure propter Deum et in puram elemosinam predicte conquerenti dedissent, contulissent atque legavissent sexaginta libras monete currentis in *Herentals*, ac unum sexta-

rium siliginis quoad vixerit, eadem conquerens capiendos et recipiendos super bonis et de bonis Cristine, Aleydis et Elisabeth quondam predictarum, que quidem bona sua dicte testatrices in suis testamentis seu ultimis voluntatibus ad hoc specialiter obligarunt, ut heredes earum de dictis bonis sexaginta libras et sextarium siliginis predictos solverent et deliberarent, alioquin dicta conquerens predicta bona pro dictis legatis teneret et habere deberet tamquam sua bona propria, prout hec nobis ex parte dicte conquerentis est recitata. Nichilominus *Johannes* dictus de *Zierijcze* et quidam alii, eius complices, heredes quondam testatrix predictarum, dictum legatum dicte conquerenti solvere aut bona predicta pro legato predicto dicte conquerenti demittere sive relinquere juxta ultimas voluntates testatrix predictarum contradicunt, ut dicitur, et contradixerunt minus juste et sine causa rationabili. Inde est quod vobis et cuilibet vestrum preciendo mandamus, quatenus dictum Johannem et eius complices, si qui fuerint, moneatis ut, infra septem dies post vestram monitionem, aut dicta bona dicte conquerenti habere et pacifice gaudere promittant vel dictum legatum pro eisdem solvant et reddant eidem conquerenti juxta ordinationem et dispositionem ultimarum voluntatum predictarum, alioquin ipsos et eorum quemlibet quos in hiis scriptis excommunicamus excommunicatos publice nuntietis, nisi causam coram vobis pretenderint efficacem, quod ad premissa minime teneantur. Qua pretensa, citetis eos peremptorie Cameraci coram domino officiali Cameracensi ad diem competentem et ad voluntatem latoris presentium contra dictam conquerentem seu eius procuratorem, causam huiusmodis contra premissa censuris et juri quantum debuerint parituros et quid inde feceritis dicto domino officiali Cameracensi ad diem citatam, si causam pretenderint, alioquin si nullam duxerint pretendendam, nobis retributis, ita quod in hiis exequendis unus vestrum alium aut alios non expectet. Datum anno Domini M^o CCC^o XVI in crastina Bartholomei, apostoli.

Oorspr. handv. op perkament, groot 16 op 23 cm.

Herenthals, beveelt dat men Elisabeth van Suyverle verplichte de vijf en twintig pond die hare zuster Beatrix, bij testament aan 't gasthuis ten voordeele der armen, daarin verzorgd, had geschenken, te betalen.

12 April 1317

Jacobus, decanus christianitatis *Antwerpensis*, presbiter de *Herentals*, salutem in Domino. Ex parte religiosarum mulierum, magistre et sororum domus hospitalis in Herentals, Cameracensis dyocesis, nostri decanatus, nobis est gravi conquestione monstratum quod, licet *Beatrix de Zuiverle* de Herentals, dicte dyocesis, pie cogitans de salute anime sue, in presentia fidei dignorum testium, ad hoc specialiter vocatorum, magistre, sororibus et domui hospitalis predictorum (*sic*) viginti quinque libras monete usualis, nomine testamenti et in puram elemosinam, dedisset et legasset atque contulisset ad usus pauperum et infirmorum, in dicto hospitali decentium, nichilominus *Elisabeth de Zuiverle*, heres dicte Beaticis, dictam summam pecunie magistre et sororibus antedictis solvere contradicit minus juste. Inde est quod vobis mandamus quatenus moneatis diligenter, in facie ecclesie, Elisabeth predictam, ut infra septem dies post vestram monitionem ei factam ipsis magistre et sororibus de dicta summa pecunie, eis donata ad usum et opus predictum, satisfaciat competenter, alioquin ipsam auctoritate nostra excommunicetis et excommunicatam palam et publice nuntietis, nisi causam coram nobis pretenderit efficacem, quare ad id compelli minime teneatur. Qua pretensa, citetis eam peremptorie Cameraci coram domino officiali Cameracensi ad diem competentem et ad volumptatem latoris presentium contra magistrum et sorores predictas seu eorum procuratorem, causam huiusmodi contra premissa, censuris et juri quandum debuerit paritram. Et quid inde feceritis dicto domino officiali cum die citata, si causam pretenderit, alioquin si nullam duxerit pretendendam, nobis retributis. Datum anno Domini millesimo CCC^o XVII, feria tertia post Quasi modo.

Oorspr. handv., groot 9 op 15 1/2 cm.

Op de keerzijde :
Beatrix van Suyverle XXV libras pagamenti.

13.

Schepenen van Herenthals melden dat Wouter van Belle en Jan Paeus van Moll eenen jaarlijkschen cijns van een mudde rogge hebben gekocht ten voordeele van de tafelen van den H. Geest van Moll, voor de som van zestien pond, door Nicolaus van Rosendael, te Herenthals verblijvend, geschonken, doch dat deze zich het vruchtgebruik van dien cijns voorbehoudt zoolang hij leeft.

15 Augusti 1317.

Universis presentes litteras visuris ac audituris nos, *Johannes de Dickberch et Johannes Moernam*, scabini in *Herentals*, salutem cum notitia veritatis. Noveritis quod *Walterus, dictus de Belle*, et *Johannes, dictus Paeus de Molle*, emerunt cum sedecim libris monete usualis, quos *Nicolaus, dictus de Roesendael*, in Herenthals commorans, pure propter Deum mense sancti Spiritus in *Molle* contulit necnon dedit, et *Walterus de Belle* et *Johannes Paeus* predicti comparaverunt cum iisdem denariis modium unum siliginis bone et pagabilis annui et hereditarii pactus debite mensure de Herenthals, singulis annis in festo beati Andree persolvendum penitusque tradendum; quem quidem modium siliginis predictum *Nicolaus de Rosendael* predictus, quoad vitam ejusdem obtinebit, *Nicolao* vero decedente predictum siliginis modium ad mensam sancti Spiritus hereditarie devolvetur presentium testimonio litterarum, nostris sigillis sigillatarum. Datum anno Domini M^o CCC^o septimo decimo in assumptione beate Marie Virginis.

Oorspronk. handv. groot 54 op 205 mm.
met nog een stuk zegel.

14

Hendrik Pape verkoopt aan Jan van Morreem, schepen te Herenthals, een mudde erfrogge, op een blok geheeten de Bocht.

24 Februari 1318

Universis presentes litteras visuris ac audituris nos, *Johannes de Eechoven et Johannes de Dycbercht*, scabini in *Herentals*, salutem cum noticia veritatis. Noveritis quod *Henricus Pape*, propter hoc in presentio nostra personaliter constitutus, recognovit se legitime vendidisse *Johanni de Morreem*, nostro conscabino, pro quadam pecunie summa, predicto Henrico Pape a predicto Johanne de Morreem plenarie persoluta, unum modium siliginis hereditarie

pensionis, quem predictus Henricus Pape habuit super bloco terre, quem idem Johannes de Morreem possidet supradictus, qui blocus prefatus in quodam loco, Bocht vulgariter nominato, est situatis, quolibet anno hereditarie capiendum et levandum. Hoc facto, predictus Henricus Pape predictum Johannem de Morreem super dicta pensione predicti modii siliginis effectuando quitum et absolutum libere proclamat harum testimonio litterarum, nostris sigillis sigillatarum. Datum anno Domini M^o CCC^o septimo decimo feria sexta in die sancti Mathie Apostoli.

Oorspr. handv. groot 83 op 190 mm., met beide zegels nog aan.

Op de keerzijde:

Van éenen mudde erfrogs op 'n bloc,
geheten De Bocht.

15

Elisabeth Musekens ontslaat de goederen van Christina van der Voert, ten voordeele van 't gasthuis nagelaten, van de verplichtingen er op wegend.

18 December 1318

Universis presentes litteras visuris et audituris nos, *Henricus Roest et Johannes de Eechove*, scabini in *Herentals*, salutem cum notitia veritatis. Noveritis quod *Elizabeth, dicta Musekens*, cum *Johanne de Wildebroc*, mamburno et tutore suo, legitime ei per scabinorum sententiam assignato, propter hoc in presentia nostra personaliter constituti, quicunqueaverunt expresse talia bona qualia *Aleidi*, filie *Johannis dicti de Badelogenen*, cesserunt seu cedere potuerunt ex abitu *Cristine dicte Van der Voert*, avie eiusdem Aleidis, ad opus magistre et conventus hospitalis de Herenthals et omne illud sive omne jus quod habuerit aut proclamare poterit bonis in predictis pro quadam pecunie summa Johanni et Elisabeth predictis penitus persoluta, quibus vero premissis sic rite peractis et adhibitis omnibus et singulis in talibus adhiberi debitis et consuetis, nostrorum testimonio sigillorum presentibus appensorum. Datum anno Domini M^o CCC^o decimo octavo, feria secunda ante Thome, Apostoli.

Oorspr. handv., groot 67 op 190 mm. met de zegels nog aan.

Op de keerzijde :

Quitantie.

Verdrag aangegaan tusschen 't Gasthuis van Herenthals en Machtildis, weduwe van Merten van Badelohem, over de nagelevene goederen des laatsten. Machtildis krijgt het vruchtgebruik, zoolang zij leeft, derzelfde.

28 Mei 1321.

Universis presentes litteras visuris ac audituris nos, *Johannes, dictus Meyere, Johannes de Dycbercht, Johannes Godefridi et Lambertus de Veechelle*, scabini in *Herenthals*, salutem et veritatis testimonium acceptare. Noverint igitur universi quod cum lis, controversia ac querela inter hospitale de Herenthals ejusque provisorem et mamburgos, ex una parte, et *Machtildim*, quondam uxorem *Martini de Badelohem*, nunc uxorem *Johannis Pine*, ex parte alia, orta seu mota fuerit et ventilata super quodam usufructu, tandem dicta discordia, hinc et inde diu ventilata, de communi dictarum partium consensu earumque unanimi voluntate ac proborum consilio et promotione convenerunt et accordati sunt in hunc modum, qui sequitur, videlicet : quod dicta Machtildis, nunc uxor Johannis Pine, obtinebit et habebit usufructum suum sive proventus in omni hereditate Martini de Badelohem bone memorie, tam in terris, pratis quam etiam in alia hereditate, ad dicta bona pertinente, quamdiu eandem Machtildim vivere contingat et non amplius. Ipsa Machtilde defuncta et per Dei voluntatem viam universe carnis ingressa, dicta hereditas omnis et singulis (*sic*) dicto hospitali cedet et remanebit cum omnibus mobilibus, super dicta hereditate crescentibus, tam siliginis, avene, ordei quam tritici, absque cuiuscumque contradictione imperpetuum possidenda, sic quod dictum hospitale post predicte Machtildis decessum dictis bonis frui debeat pacifice et quiete suamque inde faciat utilitatem, commodum et proficuum, tali quidem conditione adjecta, quod dicta Machtildis, quamdiu eandem vivere contingat, non solvet censem sive pactum, de dictis bonis aliqualiter exeuntem. In cuius rei testimonium sigilla nostra ad preces ambarum partium predictarum presentibus litteris duximus apponenda. Datum et

actum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo in ascensione Domini nostri.

Oorspr, handv., groot 17 1/3 op 20 cm.
met nog twee zegels.

Op de keerzijde:
Van erflicheide den gasthuse anhestorven.

Jan van Diest, proost der kerk van Kamerijk en officiaal des bisdoms voor Brabant, verbiedt aan de nonnen van 't gasthuis te Herenthals de non uit 't gasthuis van Lier, welke haar de schout en de schepenen van Herenthals wilden opdringen, aan te nemen.

15 Juni 1322

Johannes de Diest, prepositus ecclesie *Cameracensis* et officialis curie *Cameracensis*, religiosis mulieribus, magistre et sororibus hospitalis de *Herenthals*, *Cameracensis* dyocesis, in Domino salutem. Cum ex relatione aliquorum fidelium intelleximus, quod licet hospitale vestrum ex caristia et aliis casibus fortuitis gravibus debitorum sit oneribus obligatum, quod redditus dicti hospitalis non sufficiunt ad sustentationem personarum, inibi consistentium, hospitalitatis officium more debito et solito execundum, et nichilominus scultetus et scabini ville de Herenthals quondam sororem hospitalis de *Lira* propria voluntate sua in dicto hospitali vestro in consortium et collegium vestrum ad tempus intrudere velint, quod eis non licet, nec ad eos spectat, neque vos quamcumque personam modo predicto recipere vel sustinere possitis sine domini nostri, domini *Cameracensis* episcopi mandato vel licentia speciali, vobis auctoritate eiusdem domini episcopi, cuius vices in partibus *Brabantum* gerimus, tenore presentium districtius inhibemus, ne ad mandatum seu preceptum dictorum sculteti et scabinorum aut cuiuscumque alterius justicie laicalis, aliquem de alia hospitali in vestrum consortium absque consilio, licentia et mandato dicti domini, *Cameracensis* episcopi, recipiatis vel admittatis, per quem expense dicti hospitalis vestri valeant ampliari, mandantes omnibus et singulis presbiteris et capellanis civitatis et dyocesis *Cameracensis*, qui super hoc requisiti fuerint, ut sculteto, scabinis et communitati ville de Herenthals prediche et aliis quibuscumque,

de quibus requisiti fuerint, quotiens et quando fuerit opportu-
num, sub pena excommunicationis inhibeant, ne vobis aut do-
mum vestre pro receptione cūiusvis persone, ut dictum est, contra
inhibitionem nostram, molestiam aliquam inferant vel gravamen
et quid inde factum fuit nobis, prout opus erit, rescribant, ita
quod in hiis exequendis unus alium vel alios non exspectet.
Datum *Antwerpie* sub sigillis nostris propriis anno Domini M^o
CCC^o XXII^o feria tertia post octavam sancte Trinitatis.

Oorspr. handv. groot 15 op 25 cm. met
twee zegels.

18

Verdrag tusschen 't gasthuis en de tafels van den H. Geest
te Herenthals over de nagelatene goederen van Wouter Leppers.

21 Mei 1327.

Universis presentes litteras visuris nos, *Johannes de Dycbercht*,
Johannes de Machlinia, *Gerardus Scotelman* et *Augustinus de Wickevorst*, scabini in *Herenthals*, salutem et rei subscripte sane cognoscere veritatem. Noverint universi quod *Katerina de Ykele*, magistra hospitalis de Herenthals, cetereque domicelle (1) dicti conventus, una cum *Johanne de Turnout* et *Waltero de Lopa*, earum tutoribus et mamburgis, ex una parte, necnon mensa sancti Spiritus de Herenthals cum *Reynero de Meeren* et *Johanne de Alta-Domo*, ex parte altera, propter hoc in presentia nostra personaliter constituti, mamburnis dicte sancti Spiritus mense conventiones eorum infrascriptas, per voluntatem, consilium et consensum sculteti, scabinorum et aliorum peritorum, videlicet de bonis *Walteri Leppers*, et de quadam littera, quam idem *Walterus Leppere* tenens est, inter se fideliter ordinantes, primo quidem ordinatum est et conventum est inter ipsas partes, quod dicta *Katerina de Ykele*, magistra et conventus dicti hospitalis, una cum suis tutoribus et mamburgis antedictis promiserunt expresse mensam sancti Spiritus de Herenthals de quadam littera, quam idem *Walterus Leppere* tenens est, super mensa et hospitali predictis, que canit de octo modiis siliginis bone et pagabilis et tringinta libris pagamenti, ad vitam dicti *Walteri* et non amplius obtinendis, relevare et de contentis in eadem littera

et de bonis omnibus dicti *Walteri* eandem sancti Spiritus mensam indempnem penitus observare, salvis tribus modiis siliginis pagabilis, quos antedicta sancti Spiritus mensa de dicta littera ad vitam dicti *Walteri* et non ultra solvere tenebitur et permanebit obligata, tali quidem conditione annexa, quod memorata magistra et conventus una cum suis tutoribus antedictis promiserunt solvere legitime et deliberare dicte sancti Spiritus mense et eius mamburgis duodecim libras pagamenti census annui et hereditarii in nativitate beati *Johannis Baptiste* et decem modiculas siliginis bone et pagabilis pactus annui et hereditarii in festo natalis Domini post obitum dicti *Walteri Leppers* et non prius capiendas, hoc addito quod si dictum hospitale seu eius manburni in defectu solutionis extiterint termino antedicto, ita quod dictam sancti Spiritus mensam secundum tenorem ipsius littere antedictam et tenorem littere quam dictus *Walterus Leppere* tenens est, non relevarent ut deberent ad hoc dictum hospitale una cum suis tutoribus antedictis bona sua omnia et singula que dictus *Walterus Leppere* hospitali et mense sancti Spiritus predictis contulit et donavit, in verum subterpignus sententialiter obligarunt et quod ad eadem bona in subtervadum obligata dicta sancte Spiritus mensa suum defectum, si quis fuerit, semper posset assequi penitus et recuperare. Et ad majorem certitudinem dicte sancti Spiritus mense et eius manburnis super hiis faciendum manburni dicte sancti Spiritus mense impositi sunt et inheritedati in predictis bonis, in subtervadum obligatis, per monitionem receptoris et sententiam scabinorum, jure cuiuslibet semper salvo. In cuius rei testimonium sigilla nostra ad preces et requestam ambarum partium predictarum presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo in ascensione Domini nostri.

Oorspronk. handv., groot 20 op 23 cm.,
met nog een zegel, dat van *Geeraert Scotelman*.

Op de keerzijde :

Van XII lb. payment erfchijns ende van
X muddekens rogs, die tgasthuys den
heiligen Gheest van Herenthals sculdich
es te kersavonde, nu afgeleet.

(1) De eerste maal worden de zusters hier *Juforouwen* (*domicelle*) geheeten.
De overste evenwel heet nog *meesteres* (*magistra*).

Basilia, weduwe van Jan Meyers verkoopt aan Hendrik van Stakenbroec eenen jaarlijkschen cijns van een mudde rogge op vijf bunders beemd, vroeger toebehoorend aan Jan Paeps, te Herenthals.

7 Februari 1329

Universis presentes litteras visuris, nos, *Johannes de Eechove*, *Johannes Godefriði* et *Johannes de Loekere*, scabini in *Herenthals*, salutem cum noticia veritatis. Noveritis quod *Basilia dicta Meyers*, quondam uxor *Johannis Meyers*, bone memorie, cum *Reynero Meyers*, eius filio, suo tutore, ei sententialiter deputato, *Elisabeth* et *Johanna Meyers*, sorores, filie dicte Basilee, cum dicto Reynero Meyers, eorum fratre, eis ad mamburnum sententialiter deputato, propter hoc in presentia nostra personaliter constituti, recognoverunt se legitime vendidisse *Henrico*, dicto *de Stakenbroec*, modium unum siliginis bone et pagabilis debite mensure de Herenthals pactus anni et hereditarii super quinque buneria pratorum juxta prata quondam *Johannis dicti Paeps*, ex una parte, et prata filiarum *Arnoldi* (1) ex parte altera in loco dicto *Aerde* situata, quem quidem modium siliginis hereditarii idem *Johannes Meyere*, bone memorie, erga *Walterum* dictum de *Wickevorst* super dictis prediis conquisivit pro quadam pecunie summa, predictis vendoribus penitus persoluta. Et ad majorem certitudinem, dicto *Henrico* super hiis faciendam, idem *Henricus impositus est et inheritedatus in predicta quinque pratorum boneria tanquam in suum subterpignus, sibi sententialiter deputatum per monitionem *Johannis Ade*, vicem gerentis receptoris, et sententiam, salvo semper jure cuiuslibet, promittens prefatus *Reynerus Meyers* ex parte matris sue et sororum predictarum dominos *Henrcum*, curatum de *Herenthals*, et fratrem *Johannem*, monachum de *Averbodio*, in se suscipere et in hiis modo recto prestare in festo natalis Domini anno quolibet dicto *Henrico* et eius veris heredibus seu latori presentium persolvendum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda*

(1) Uitgesleten in de handvest die in slechten staat is.

Datum anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo octavo feria tertia post purificationem beate Marie virginis.

Oorspronk. handv. groot 9 1/2 op 9 1/2 cm.,
met nog een stuk zegel.
Op de keerzijde:
Van een mudde rogs.

Ridder Geeraard, heer van Vorselaar, scheldt al de rechten en lasten kwijt welke hij bezit op de goederen, door Hendrik van Hezeckere aan 't gasthuis van Herenthals geschenken en onder Vorselaar gelegen.

4 September 1329.

Universis presentes litteras visuris et audituris *Gerardus*, dominus de *Vorselaer*, miles, salutem et de hiis que subscripta sunt sententiam sane conservare. Ea que in tempore geruntur, ne in posterum et omni tempore labantur, solent litterarum testimonio sigillorumque munimine perhennari. Noverint igitur universi quod nobis *Henricus de Hezeckere* simpliciter, sine fraude et dolo, pro Deo et in puram elemosinam, bona sua de *Hezeckere* omnia et singula, tam hereditaria quam alia, nobis in Vorselaer subdita, religiosis domicellabus, magistre et conventui hospitalis de Herenthals, nomine et ad opus dicti hospitalis, contulisset dicteque domicele seu ejus mamburni in dictis bonis superius expressis et nominatis, sint et fuerint per *Henricum Moens*, villicum et scabinos nostros, imposite et inheritedate, adhibitis omnibus et singulis circa hec adhibendis, ita quod in premissis nullus est iuris articulus pretermisssus, mediante etiam nostro et *Gerardi*, filii nostri, voluntate, consilio et assensu. Nos igitur, cupientes benefactorum omnium, que in dicto hospitali fiunt et fient, esse participes et etiam pro multis laboribus et servitiis, nobis et nostris heredibus sepius gratiose impensis, dicta bona omnia et singula, superius expressa et nominata, pro nobis et nostris heredibus imperpetuum ab omni tallia precaria et exactione, expeditione et a quovis alio servitio pecuniiali, que nos vel successores nostri a dictis bonis de jure vel minus juste exigere possemus, quitamus, liberamus et absolvimus,

salvo nobis et nostris heredibus nostro censu annuo et hereditario et vectura de jure debita de dictis bonis, temporibus solutionis ad hec statutis et assignatis, tali quidem conditione intermedia quod, si nos vel nostri veri et legitimi heredes sub periculo corporis nostri caperemur, quod Deus avertat, nostri vero heredes veri et legitimi militarentur vel coniugarentur et in matrimonio legitimo ipsos contingeret copulari, extunc dicta bona pro nostris et nostrorum successorum corporibus redimendis, militia, conjugio sive copula matrimonii nostrorum heredum legitimis, extunc esse debeant et stabunt ordinationi ville nostre de Vorselaer de tallia sive exactione secundum quantitatem bonorum eorumdem dictaque bona de hiis tribus articulis predictis et non aliis nobis subsidium exactionis sive pecuniale facere tenebuntur, prout alii nostri homines de Vorselaer de ipsorum bonis nobis facere et solvere fideliter sunt astricti. Et ut premissa omnia et singula dicto hospitali de Herenthals seu eius manburnis a nobis et nostris successoribus imperpetuum absque aliqua violatione firma permaneant et inconvulsa, ea sigilli nostri appensione duximus roboranda in robur et munimen omnium premissorum. Datum et actum anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo nono, feria secunda post Egidi.

Vidimus op perkament, groot 20 op 22 cm.,
gegeven door *Walterus de Rode, vicesgerens curati
de Herenthals... anno Domini Mo CCC^o quadra-
gesimo quarto vicesima tertia die.*

21

Catherina Van Ykele, meesteres van 't Gasthuis van Herenthals, en hare medezusters getuigen dat zij aan hare medezuster, Margareta Van Sassenhout, een jaarlijksche rent van een zister rog verschuldigd zijn, doch dat die rent, na de dood van gezeide Margareta, aan 't Gasthuis zal wezen.

22 Juni 1330.

Universis presentes litteras visuris ac audituris soror *Kath-
erina, magistra domus hospitalis in Herenthals, cetereque sorores
eiusdem domus salutem cum noticia veritatis. Noverit univer-
sitas vestra nos teneri legitime sorori Margarete de Sassenhout,*

nostre consorori, unum sextarium siliginis legalis et pagabilis cum viginti solidis pagamenti annue pensionis, in nativitate Domini persolvendis, dictam siliginem cum mensura de Herenthals ibidem deliberandam. Post obitum vero Margarete predicte a pensione huiusmodi extunc penitus erimus absolute. Ut autem hec rata permaneant presentes litteras sigillo hospitalis nostri predicti duximus roborandas. Datum anno Domini M^o CCC^o XXX^o feria sexta ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste.

Oorspronkelijke handvest zonder zegel, groot
9 op 21.

Op de keerzijde:
No 17.

Het Hospital geloeft een lyppensioen voor
suster Margareta Van Sassenhout.

22

Testament van Nicolaus Cola, verblijvend in 't Gasthuis te Herenthals.

1 October 1332

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod, anno a nativitate eiusdem M^o CCC^o XXXII, inductione XV^a, patris sanctissimi in Christo patris ac domini, domini *Johannis*, divina providentia pape XXII^{di}, anno XVII^o, prima die mensis octobris, hora quasi tertia dicte diei, in quadam camera hospitalis ville de *Herenthals*, Cameracensis diocesis, *Nycholaus*, dictus *Cola*, de hospitali in dicto hospitali commorans, dicte Cameracensis diocesis, in presentia mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, mentis sue compos et incolumis, divina gratia disponente, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem ob remedium anime sue ac omnium eius amicorum, suum testamentum seu ultimam suam voluntatem in hunc modum, qui sequitur, condidit, constituit, fecit et ordinavit. In primis quidem voluit et ordinavit quod omnia injusta, a se accepta et habita quoquomodo, exactione seu detentione, et omnia et singula sua debita una cum exequiis suis plenarie solverent et restituerent de bonis suis prumprioribus, post decepsum

eiusdem remanentibus, usque ad integrum satisfactionem, illis a quibus appareret et adhuc apparebit ipsum habuisse et debuisse, si que fuerint.

Item dedit et legavit *Elizabeth*, filie sue, quinque firtellas siliginis anno quolibet, quamdiu vixerit, hoc habitu quod, si dicta Elizabeth, Domino juvante, pueros habuerit legitimos, voluit quod dicte quinque siliginis firtelle eisdem legitimis cederent et remanerent; si vero dicta Elizabeth absque prole legitima contigerit expirare, voluit extunc et ordinavit quod tres firtelle dicte siliginis hereditarie hospitali et due firtelle siliginis hereditarie mense sancti Spiritus cederent et remanerent.

Item dedit et legavit dicte Elisabeth, filie sue, decem solidos, semel dandos in antiquis grossis.

Item dedit et legavit dicte Elizabeth partem omnium suarum quas habet ad domum *Johannis Toten*.

Item dedit et legavit dicto hospitali partem prati, quam cum *Johanne Melys* possidet sive tenet; item hospitali eidem oves suas omnes, quas in dicti hospitalis manso possidebat.

Item dedit et legavit infirmis et debilibus dicti hospitalis viginti solidos pagamenti hereditarie ad quatuor anni terminos persolvendos; item pauperibus dicti hospitalis, ad portam ibidem venientibus, quinque solidos pagamenti hereditarie pro candelis; item eidem hospitali morum suum, dictum *Ghoir*, salvo tamen quod dictum hospitale ex dicto moro predicte Elisabeth, filie sue, anno quolibet, quamdiu vixerit, deducat unum plastrum sespitum seu turbonum; item cuilibet domicelle in hospitali prebendate duodecim grossos semel dandos.

Item dedit et legavit *Beatrixi Witbroets* tres libras et decem solidos, anno quolibet, quamdiu vixerit, super domo *Ghiselberti Fabri* capiendos et levandos, sic quod post mortem eiusdem dicte tres libre una cum decem solidis cedent Elisabeth Witbroecls, filie Beaticis antedictae, quam diu vixerit et non ultra, et post mortem utriusque quadraginta solidi dicto hospitali hereditarie et trigenta solidi hereditarie mense sancti spiritus antedictae cedent et remanebunt; item dicte Beatrixi decem solidos grossorum semel dandos.

Item dedit et legavit *Elisabeth Witbroets* quinque solidos grossorum semel dandos; item pro anniversario suo triginta denarios hereditarie in ecclesia beate Waltetrudis faciendo; item pro anni-

versario suo octodecim denarios in curti beghinarum annuatim; item presbytero in hospitali duodecim denarios annuatim pro anniversario suo ibidem perpetue celebrando; item ecclesie beate Waltetrudis quinque solidos annuatim; item *Johanni Ghierleman* triginta solidos annuatim; item *Waltero Noze* quinque solidos grossorum semel dandos; item filio *Johannis Foeien* viginti solidos pagamenti semel dandos; item mense sancti Spiritus in Herenthals duas firtellas siliginis semel dandas.

Item dedit et legavit *Johanni de Alta Domo* oves suas omnes quas ad domum *Baldewini de Bokèle* habebat; item pro injustis suis fabrice ecclesie beate Marie, Cameraci, quadraginta solidos semel dandos; item filio *Petri Scotelmans* viginti solidos pagamenti semel dandos; item curatis in Herenthals decem solidos grossorum semel dandos; item liberis *Reineri Meiers* decem solidos semel dandos; item uxori *Robini* quatuor solidos grossorum semel dandos; item cuilibet fratri uxoris Robini predicti duos solidos grossorum semel dandos; item *Henrico Witbroets* duodecim grossos semel dandos; item cuilibet presbytero ad suam sepulturam venienti tricesimum; item cuilibet scolari quinque denarios; cuilibet pauperi tres denarios; item pro orationibus et missis animarum deprecandis decem solidos semel dandos.

Item voluit et ordinavit quod, si premissa omnia et singula nomine testamenti valere non possent, valeant saltem jure codicillorum seu ultimarum voluntatum.

Item voluit et ordinavit quod, si aliquis heredum eiusdem seu legatariorum dictum suum testamentum seu ultimam voluntatem quam impugnare niteretur, quod absit, cedat et cadat ipso facto ab omni jure hereditario seu legatario quod ipsum competere posset aut potest post suum decessum, quovis jure.

Item cupiens suos executores ab omni onere et expensis, in hiis faciendis, fideliter relevare, cuius quidem testamenti seu ultime voluntatis elegit et affectavit, constituit et ordinavit executores seu manufideles, in Christo sibi dilectos, dominum *Henricus Meiers*, curatum de Herenthals ville predicte, Reinerum eius fratrem et *Reinerum de Meren*, Cameracensis diocesis antedictae, rogans eos humiliter et devote ut, sicut de ipsis in Deo fiduciam gerit specialem, ita suam ultimam exequerentur voluntatem, dans et concedens dictis suis executoribus et eorum cuilibet in solidum potestatem et mandatum specialem acceptandi,

invadendi, vendendi, alienandi dicta bona et de eisdem empatoribus antedictis satisfaciendi. Et voluit hoc presens testamentum seu suam ultimam voluntatem omnibus aliis testamentis seu ultimis voluntatibus, factis vel imposterum faciendis, prevalere et ad majorem stabilitatem omnium premissorum idem testator cum instantia rogavit dominum Henricum, curatum, et Reinerum, fratrem eiusdem, predictos suos executores, ut eorum sigilla huic presenti publico instrumento apponere velint. Et nos, Henricus et Reinerus, eius frater, executores, una cum Reinero de Meire onus dicte executionis ad preces dicti testatoris et ad eius instantiam in nos recepimus sigillaque nostra huic presenti publico instrumento, signo publici notarii signato, duximus apponenda.

Preterea voluit dictus testator et coram me tabellione corporaliter stipulavit stipulatione publica, expressa et solemptni, vice, nomine et autoritate omnium, quorum interfuit, interesse potuit sive potest, quovis modo debito contulit et donavit dictis suis executoribus omnia et singula sua mobilia et immobilia completo suo testamento et hiis quibus legata sunt in eodem supercrescentia donatione simplici facta intra vivos absque revocatione quacumque, in posterum facienda, et ipsos curatum et Reinerum, eius fratrem, presentes et donationem sic factam accipientes et Reinerum de Meire absentem, heredes instituit quantum in se fuit et facere sibi licuit omni jure quo melius hoc facere potuit, prout debuit de jure seu de consuetudine approbata, et omne jus et actionem quod vel quam habuit vel habere potuit in dictis bonis, tam mobilibus quam immobilibus universis, adversus contradictores quoscumque in eosdem fratres et Reinerum de Meire transtulit et transegit, renuntians ex tunc omnibus et singulis exceptionibus sive defensionibus juris utriusque, canonici et civilis, et facte deceptionis seu lesionis, privilegii cujuscumque speciei vel optinende religionis, crucis assumpte et assumende et omnibus aliis quibus presens donatio, hereditas, institutio, bonorum translatio sive transactio a quocumque alio successore aut herede naturali impediri posset aut quomodolibet impugnari et juris dicentis generalem renuntiacionem non valere, supplicans suis heredibus huiusmodi institutis, secundum quod Deus ipsis inspiraverit, suis proximioribus amicis carnalibus et aliis piis locis, ob remedium anime sue et

suorum progenitorum loco et tempore misericorditer subveniri eorum fidelitatem et conscientias pietatis intuitu affectuosius onerando premissa omnia et singula eorum committentes fidelitati. Acta sunt hec anno, mense, die, loco, hora, inductione et pontificatu predictis, presentibus ibidem viris discretis et honestis, domino *Willemo Kennens*, presbytero, *Engghelberto de Hezeckere*, *Gerardo Sutore*, *Gerardo*, filio *Martini*, *Katharina*, magistra predicti hospitalis, *Elisabeth*, *Ida* et *Kristina*, domicellabus eiusdem hospitalis, Beatrice Witbroets et Elisabeth, filia testatoris, antedictis Cameracensis diocesis antedictae testibus, ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego, *Johannis Arnoldi de Lira*, clericus Cameracensis diocesis, publicus sacri romani imperii auctoritate notarius, premissis omnibus, prout supra scribuntur, actis, dictis, factis et expressis, una cum testibus prenotatis presens interfui, ea vidi et audivi et in hanc publicam formam redi signoque meo solito signavi rogatus, in testimonium veritatis omnium premissorum.

Oorspronk. handvest, groot 51 1/2 op 25 1/2 cm.

Op de keerzijde:
Anno 1332.

Crycht het hospitaal een stuk beemt. Is het Moere. Ende een scrinen. Aan de poerte tot keerssen vijf schellingen payements. En de siecken XX schellingen. Ende de presbitre van t hospitaal XII penninghen tot een jaerghe tyde. Ende noch twee veertelen corens.

23

Arnold Van Alke getuigt dat hij van de meesteres en den toezichter van 't Gasthuis van Herenthals een stuk land heeft gekocht, gelegen op 't *Hoghe Hezevelt* aldaar, mits eenen jaarljkschen cijns van drij pond payement en twaalf deniers Lovens.

20 Juli 1341.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos, *Johannes Ade* et *Henricus Stakenbroec*, scabini in *Herenthals*, cum noticia veritatis. Noveritis quod *Arnoldus de Alke*, propter hoc in presentia nostra personaliter constitutus, recognovit se a *Margareta*,

domicella magistra hospitalis de Herenthals, et *Augustino de Wickevorst*, eius mamburno legitimo et sententialiter deputato, quamdam terre petiam, sitam in loco, dicto *Hoghe Hezevelt*, in proximo terre *Pauli Raus*, ex una parte, et terre *Boudewini Stos*, ex parte alia, sub censu trium librarum pagamenti, monete communiter in bursa currentis pro tempore, census annui et hereditarii nec non duodecim denariorum censu lovaniensi firmiter recepisse, pro medietate una in festo natalis Domini, pro reliqua vero medietate in festo beati Johannis Baptiste, anno quolibet predice domicile vel latori presentium et sic annis singulis fideliter persolvendis, promittentes antedicta *Margareta*, domicella magistra hospitalis antedicti, nec non *Augustinus*, eius manburnus memoratus, dictam terre petiam sub dictis tribus pagamenti libris nec non duodecim lovaniensium denariorum antedictis census memorati firmiter declarare et dicto Arnoldo certam et debitam exinde contra quoscumque prestare warandiam omnium premissorum. In quam quidem terre petiam antedictus Arnoldus impositus est et inheritedatus per motionem receptoris et sententiam scabinorum, jure cuiuslibet semper salvo, adhibitis in hiis omnibus et singulis adhiberi et fieri debitis et consuetis, nullo quoque juris articulo pretermisso, nostrorum testimonio sigillorum presentibus appensorum. Datum anno Domini millesimo trigesimo quadragesimo primo vicesima die mensis Julii.

Oorspronkelijk handv., groot 10 op 22 cm.
met nog een stuk zegel.

Op de keerzijde:

Littere Margarete magistre hospitalis de Herenthals op Hoghe Heesvelt III lib. payement siaers ende XII d. lov.

Later:

Het gasthuys gheeft een stuc erve vydt op't Hooch Heesvelt voer III lb. payements XII penninghen lovens.

No 101.

Coplantstrate. Dit woord is doorgehaald.

Hendrik Pelsere, zoon van Willem Pelsere, koopt mits eenen jaarlijkschen cijns van tien deniers Leuvens en drij kapuinen

van 't Gasthuis van Herenthals eene hofstede, gelegen in de Molenstraat.

6 Augusti 1341.

Universis litteras presentes visuris et audituris nos, *Johannes Ade* et *Henricus Stakenbroec*, scabini in *Herenthals*, salutem cum notitia veritatis. Noveritis quod *Henricus*, dictus *Pelsere*, filius *Wilhelmi*, dicti *Pelsere*, propter hoc in presentia nostra personaliter constitutus, recognovit se a domicella *Margareta*, magistra hospitalis de Herenthals, et *Augustino de Wickevorst*, eius mamburno legitimo et tute, quoddam domistadium, situm in vico *Johannis* dicti *Zeghers*, ex parte alia, sub censu decem solidorum lovaniensium annuo et hereditario firmiter recepisse in festo natalis Domini, anno quolibet, nunc instanti, predice tradendorum, hoc habito quod idem *Henricus* tres capones, domino *Johanni de Eechove* hereditarie tradendos, solvere permanent obligatus, promittentes antedicti domicella et *Augustinus* necnon tribus caponibus antedictis firmiter declarare et predicto *Henrico* exinde certam et debitam contra quoscumque sigillorum presentibus appensorum. Datum anno Domini M^oCCC^o quadragesimo primo, feria secunda post ad vincula Petri apostoli.

Oorspronkelijk handvest, groot 11 op 19 cm., zonder zegels.

Op de keerzijde:

Molenstrate. Van X sch. lov. op huys ende hof.

Later:

Het gasthuis gheeft een hoffstade vuydt inde Molenstrate voor X schellingen Lovens. № 117.

Hendrik Mallaert schenkt al zijne goederen, roerende en onroerende, aan het gasthuis van Herenthals, op voorwaarde dat dit hem, tot aan het einde zijs levens, volgens zijnen rang onderhoude.

15 April 1343.

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod, anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo tertio, inductione undecima, quinta decima die mensis Aprilis, hora vesperarum vel quasi, ac pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini *Clementis*, digna Dei providentia pape sexti, anno primo, in mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, presentia personaliter constituti, magistra et conventus, una cum *Augustino de Wickenvorst*, mamburno et tutore hospitalis de *Herentals*, Cameracensis dyocesis, ex una parte, necnon *Henricus dictus Mallaert*, ex altera, concordantes et res suas ordinantes adinvicem in modum et formam qui sequitur : imprimis vero et principaliter magistra et conventus una cum Augustino, mamburno predicti hospitalis, promiserunt, contulerunt et dederunt Henrico dicto Mallaert prefato, causa servitii sibi multipliciter impensi, victum quoad vixerit, prout *Henricum de Heesackere* alere consueverunt et nutrire. Insuper promiserunt eidem Henrico tres libras pagamenti, communiter in bursa currentes, in festo beati Johannis Baptiste proximo futuro cum uno pare calceamentorum, deinde in festo nativitatis Domini, labente eodem anno tantum, et sic deinceps, secundum anni revolutionem, quamdiu vixerit et non ultra, una cum lecto et lintheaminibus decentibus, ad hoc aptis. Preterea si idem Henricus, Deo favente, morte previsa moretur, optineret et haberet ab hospitali jamdicto decem solidos grossorum antiquorum pro faciendo testamento et exequiis suis, et extunc hospitale jamdictum nullas faceret, ipso mortuo, expensas nisi quod ipsum hospitarent et ad eccesiam deferrent sores eumdem. Si vero dictus Henricus, quod absit, improvise moreretur, hospitale predictum faceret exequias, funera corpori ipsius Henrici debita, cum predictis decem solidis grossorum antiquorum necnon erogaret de eisdem viginti solidos pagamenti pro orationibus omnibus et animarum missis ob remedium anime ipsius Henrici prenominati. Predictus vero Henricus, anime sue cupiens providere saluti, dedit, donavit et in puram elemosinam contulit hospitali de Herenthals sepedito omnia bona sua, mobilia et immobilia, ubicumque existentia, heredi-

taria seu acquisita, habita et habenda, sive in posterum etiam acquirenda. Et ad conscientie sue sactisfaciendum idem Henricus promisit decimas ipsius hospitalis predicti, quam diu sane viveret, inducere in horreo et congregare, salvo tamen quod dictus Henricus ad aliud servitium et labore nisi de consensu suo cogi non poterit et adstringi. Promiserunt insuper ambe partes fide et juramento, me notario infrascripto corporaliter prefatum stipulanti et recipienti pro omnibus quorum interest aut intererit in manu mea, omnia et singula prescripta et narrata inviolabiliter observare cum omnibus suis clausulis necessariis et opportunis sub hypotheca omnium rerum suarum, subjicientes se et sua jurisdictioni quamcumque. Acta fuerunt hec in refectorio hospitalis sepediti, anno, mense, die, hora et pontificatu predictis, presentibus cunctis ibidem discretis viris, *Engelberto de Heesackere*, *Willemo de Arena*, *Petro Fabri*, *Johanne de Bure* necnon quampluribus aliis testibus, fide dignis, ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

Et ego, *Judocus de Abroeck*, clericus Cameracensis dyocesis, sacri Romani Imperii auctocrate notarius — —.

Oorspr. handv., groot 27 op 25 cm.
Op de keerzijde :

Almoes aan het gasthuys van Henricus Mallaert. 1343. H.

26

Jan Mertens, zoon van Merten Van Heze, verkoopt aan 't gasthuis van Herenthals eene rent van twintig pond payements, dertien schellingen en een denier leuvens op een aantal goederen, gelegen te Poederle.

22 September 1347.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos, *Johannes Ade de Dycbercht*, *Henricus Plonijs* et *Henricus de Fine*, mansionarii *Walteri de Poederle*, salutem cum notitia veritatis. Noveritis quod *Johannes*, dictus *Mertens*, filius *Mertini de Heze*, propter hoc in presentia nostra personaliter constitutus, recognovit se a domicella *Margareta*, magistra Hospitalis de Herenthals, ceterisque dominicellabus eiusdem hospitalis, *Reynero Meyers* et *Augustino de*

Wickenvorst, earum mamburnis, bona infrascripta, videlicet quemdam (*sic*) pascuam dictam *Espendonc*, item pratum dictum *Weerdonc*, item terre petiam dictam *Aelbrechts hoeve*, item pratum dictum *Ghebornde*, item pratum dictum *Hoevaertsbroec* et unum pratum, dictum *Gheerdinc*, cum quadam petia prati dicta *Neteldonc*, sub censu viginti librarum pagamenti, monete communiter in bursa currentis pro tempore, census annui et hereditarii firmiter recepisse, pro medietate una in festo beati Johannis Baptiste nunc instanti, pro reliqua vero medietate in festo Natalis Domini exinde subsequenti, anno quolibet et sic ulterius annis singulis, predictis magistre, domicellabus aut eius manburnis vel latori presentium fideliter persolvendarum. Preterea promisit antedictus Johannes tredecim solidos et duos denarios Lovanienses cum uno denario dicto *Weerpeninc* census annui et hereditarii ex dictis bonis exeuntes absque diminutione dictarum viginti librarum solvere fideliter et pagare. Si vero memoratus Johannes dicta bona vellet resingnare aut si dictas domicellas aut eius mamburnos ad dicta bona venire contingeret per juris placitum seu querelam, extunc prefatus Johannes dicta bona aut earum possessor cum tribus libris grossorum veterum resingnabit. In quibus quidem bonis sepedictus Johannes impositus est et inheritedatus per monitionem *Nycholai dicti Box*, villici predicti Walteri de Poederle, et sententiam mansionariorum predictorum, jure cuiuslibet in omnibus semper salvo. Et quia nos, mansionarii predicti, propriis caremus sigillis, rogamus viros dcretos et honestos, *Petrum*, dictum *de Wechle*, et *Henricum Stakenbroec*, in Herenthals scabinos, ut eorum sigilla presentibus apponere velint. Et nos, Petrus et Henricus, scabini in Herenthals antedicti, ad preces et reques tam dictorum mansionariorum utriusque partis et quia etiam interfuimus, ubi predicte partes premissa fatebantur esse vera, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda in testimonium veritatis omnium premissorum. Datum anno Domini M^o CCC^o quadragesimo septimo in crastino Mathei, apostoli.

Oorspronkelijke handv., groot 19 1/2 op 25 cm., met nog twee zegels.
Op de keerzijde:
1347. Tot Poederle lb. XX.
Later:
Poederle. Dits den brieff van XX pont

payements, daerop van den Gasthuys ter schynse syn ghenomen dese panden
Espendonc
Den Werdonck
Aelbrechts hoeve
't *Geborne*
Hoevaertsbroec
Den Gheerdonck
De Neteldonck
No. 115.

27

Heilwig van Goere, en haar man Jan van Goere, van Casterle, getuigen dat zij aan hunne dochter Elisabeth, op 't punt in 't huwelijk te treden met Jan Deckere, van Casterle, eenen jaarlijkschen cijns van twee sisters rogge hebben geschonken welken hun 't Gasthuis van Herenthals op zijne goederen te Vorselaar schuldig was.

26 September 1351.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos, *Johannes de Eechoven*, *Johannes Struye*, *Henricus Bloecken*, *Johannes*, dictus *Van der Most*, *Gerardus van Berchoven*, *Johannes Sigeri* et *Gerardus Wildiarden*, scabini in *Vorselaer*, salutem cum notitia veritatis. Noveritis quod *Heilwigis de Goere* cum *Johanne de Goere*, de *Casterle*, eius marito legitimo, propter hoc in presentia nostra personaliter constituti, recognoverunt se *Elizabeth*, eorum filie, cum *Johanne*, dicto *Deckere* de *Casterle*, matrimonium ad invicem contrahere cupientes legitimum, duo sextaria siliginis pactus annui et hereditarii dedisse firmiter et contulisse. In quibus quidem duobus sextariis siliginis pactus predicti hospitale de *Herenthals* super bonis suis omnibus et singulis, vulgariter dictis *Heezeckere*, sitis apud *Vorselaer*, prout domicella *Margaretha de Heezeckere*, magistra hospitalis de *Herenthals*, ac cetere domicelle eiusdem hospitalis cum *Reynero* dicto *Meyers*, earum manburno legitimo et tutore, asseruerunt Heilwigi predicte et *Johanni*, eius marito antedicto, firmiter tenebantur obligate in festo natalis Domini anno quolibet et sic ulterius annis singulis predicte *Elyzabeth* et *Johanni* dicto *Dekere*, eius marito legitimo, persolvenda fideliter et deliberanda. In cuius rei testi-

monium sigillum nostrum commune, quo pariter uti solemus, presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M^o CCC^o. quinquagesimo primo feria serunda post festum beati Mathei apostoli et ewangeliste. (1)

Oorspr. handv., groot 12 op 22 cm., zonder zegels.

Op de keerzijde:

Littera de II sextariis siliginis ad hospitale de Herenthals antiquum.

28

Renier Verstappen, Mertenszoon, geeft aan 't gasthuis van Herenthals een stuk land nabij den *Hoeskensdijc*, op voorwaarde dat het aan zijne zuster Margareta, zoo lang die leeft, zes en twee derden muddekens rogge betale.

10 Juni 1353.

Nos, *Johannes Ade et Henricus de Alta Domo*, scabini in *Herenthals*, salutem et noticiam veritatis. Noverint universi quod *Reynerus de Stappen*, filius quondam *Martini de Stappen*, propter hoc in presentia nostra personaliter constitutus, recongnovit se dedisse firmiter et contulisse, pure propter Deum, Hospitali de *Herenthals* quamdam terre petiam, sitam juxta aggerem, vulgariter dictum *Hoeskens dijc*, inter hereditatem *Nicholai de Beke*, ex una parte, et *Elyzabeth de Beke*, sororis Nicholai predicti, ex parte reliqua, tali siquidem conditione apposita, quod magistra hospitalis predicti, ex parte hospitalis eiusdem, Margarete de Stappen, sorori Reyneri predicti, septem mediolos siliginis bone et pagabilis debite mensure de *Herenthals*, tertia parte unius modioli siliginis salva et excepta, anno quolibet quamdiu eamdem

(1) Aan deze oorkonde is een stukje papier vastgemaakt het volgende bevattend:
Mortuo Johanne Van der Bruggen, cive Herentaliensi, anno Domini IIIc XXXVIII, circa principium Octobris, predicta duo sextaria siliginis super hospitale Herentalense jure legitime successionis advenerunt filio eius legitimo, fratri Ywano, pro tunc in nostro conventu novitio, qui professionem facturus anno IIIc XCIX circa festum nativitatis Johannis Baptiste donavit dicta duo sextaria nostro monasterio, petens lampadem ante sacramentum in choro nostro.

Welk het klooster was, waarvan in die aantekening spraak is, weten wij niet.

Margaretham vivere contingat et non ultra, exsolvet et pagabit fideliter et deliberabit. Hoc etiam habitu seu adjecto quod antedicti hospitalis magistra, que nunc est et que pro tempore erit, ex parte hospitalis eiusdem, censem duorum denariorum lovaniensium domino nostro duci tradendorum ex antedicta terre petia exeuntium annuatim solvere tenebitur et debebit fideliter et pagare. In cuius rei testimonium sigilla nostra ad preces ambarum partium presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini M^o CCC^o quinquagesimo tercio decima die mensis Junii.

Oorspr. handv., groot 10 op 18 cm., met de zegels nog aan.

Op de keerzijde:

Van de goede, ghegeven van Reynere Verstappen, i stuck lants, gelegen bij Hoeskens dijc.

29

De meesters van de Tafels van den H. Geest van Herenthals melden dat het gasthuis eene rent van twintig schellingen payment heeft wedergegeven in afkorting op eene rent van twintig pond derzelfde munt, welke het gasthuis aan den H. Geest verschuldigd was.

8 October 1355.

Nos, *Johannes Smeeds et Arnoldus Diederics*, scabini in *Herenthals*, salutem cum noticia veritatis. Noverint universi quod provisores seu magistri mense sancti Spiritus in *Herenthals*, propter hoc in presentia nostra personaliter constitutus (*sic*), recongnoverunt expresse et fatebantur quod hospitale de *Herenthals* viginti solidos pagamenti census annui et hereditarii super cunctis pignoribus seu subtervadiis accipiendois in discomputatione duodecim librarum pagamenti census hereditarii, in quibus jamdictum hospitale eidem sancti Spiritus mense super bonis quondam *Walteri*, dicti *Leppere*, prout in litteris super hoc confectis continetur, tenebatur obligatum, prenominate sancti Spiritus mense dedit, assignavit, contulit et donavit, sic quod supradicti viginti pagamenti solidi census hereditarii a jam dictis duodecim pagamenti libris hereditarii deduci deberent et defal-

cari, nostrorum testimonio sigillorum presentibus appensorum.
Datum anno Domini M^o CCC^o quinquagesimo quinto, feria
quinta post festum beatorum Remigii et Bavonis.

Oorspr. handv., groot 57 op 230 mm. met nog
een zegel.

Op de keerzijde:

Hospitale.

Van Ghijse den heilgen Gheeste overbe-
wijst. XX schellingen pagamento van Wou-
ter s Leppens wegen.

30

Arnold van Crayenhem, ridder en heer van Grobbendonk,
doet de cijnsen kennen welke het gasthuis van Herenthals aan
hem en « den huse van Grobbendonc » schuldig is.

9 Mei 1359.

Wy, Art van Crayenhem, ridder, heer van Grobbendonc, maken
cont allen lieden dat 't gasthuis van Herenthals ons nemmeer
't siins sculdech en es noch den huse van Grobbendonc jaerliics
van also selken goede alst onder dat heerscap van Grobbendonc
ligghende heeft al toet op den dach dat dese brief ghe-
maect was, dan hier na bescreven staet: in den yersten drie-
enveertich schellinghe paeyements ende achte penninghe paye-
ments derdalven schelling loevensche, twelve penninghe loeven-
sche ende een hoen. Ende omme dat wii willen dat hem van
ons noch van onsen naecomelinghen gheen onghelyc en geschiet
ende ons wale kenlic es dadt nemmeer tsijns den huse van
Grobbendonc noch den heerscape voerghen en gheeft noch scul-
dech en es dan voercreve staet, in kennissen der waerheyt ende
in vestinghen van allen den voerscrevenen saken so hebben wi
dit bezeghelt met onsen propren zeghele uuthanghende. Ghe-
gheven in jaer ons Heren M. CCC vyftiech ende achte, des
neghende daghes vander maent van Meye.

Oorspronk. handv., groot 106 op 260 mm.

Op de keerzijde:

N^o 70. Hoe vele dat men te Grobbendonc
sculdech es van chyse.

Later :

Chijns tot Grobbendonck.

31

Hendrik Grieten verkoopt eene jaarlijksche rent van drij pond
payement aan Gillis den Meulder op een huis en toebehoorten
in de Zandstraat te Herenthals.

19 Mei 1361.

Nos, Stephanus, dictus Walschpape, et Johannes de Lyra, scabini
in Herenthals, veritatis noticiam cum salute. Noverint universi
quod Henricus, dictus Grieten, propter hoc in presentia nostra
personaliter constitutus, recognovit se legitime vendidisse Egidio
molendiario tres libras pagamenti monete, communiter in bursa
currentis pro tempore, census annui et hereditarii, super qua-
dam domo cum fundo et eius attinentiis, sita inter domum
seu hereditatem eiusdem Henrici, quam inhabitat, ex una parte,
et inter domum seu hereditatem Elyzabeth et Heilwigis Herdeyns,
sororum, ex parte alia, pro quadam pecunie summa, predicto
Henrico penitus persoluta, pro medietate una in festo natalis
Domini, pro medietate vero reliqua in festo beati Johannis
Baptiste, anno quolibet et sic ulterius annis singulis antedicto
Egidio vel latori presentium fideliter persolvendas. In quem
quidem censem predictum idem Egidius impositus est et inhe-
reditatus per monitionem receptoris et sententiam scabinorum
predictorum, salvo jure cuiuslibet, in omnibus promittens idem
Henricus dictam domum cum fundo sub predicto censu firmiter
declarare et prefato Egidio exinde certam et debitam contra
quoscumque prestare warandiam omnium premissorum harum
testimonio litterarum sigillis nostris sigillatarum. Datum anno
Domini millesimo tricesimo sexagesimo primo feria quarta post
festum Pentecostes.

Oorspr. handv., groot 65 op 287 mm., met de
zegeltjes nog aan.

Op de keerzijde:

Van III lib. payment, bider Zantporte. —
F.

32

Diederik van Boekela en Geertrui, zijne gade, schenken bij
gift onder levenden aan 't gasthuis van Herenthals twee veer-
telen rogge, die zij eertijds op dit sticht bezaten.

18 April 1362.

In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod anno nativitatis eiusdem Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, inductione quinta decima, mensis Aprilis die decima octava, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini *Innocentii*, divina Providentia pape sexti, anno decimo, in mei notarii publici ac testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, presentia propter hoc personaliter constituti, discretus vir *Theodoricus de Boekel* et *Gertrudis*, eius uxor legitima, una cum tutore, sibi tradito, donatione inter vivos irrevocabili dederunt pure propter Deum hospitali de *Herentals* duas firtellas siliginis annui et hereditarii pacti, quas asserebant se habere et habuisse ad et super dictum hospitale. Quam donationem predictam prefati *Theodoricus* et eius uxor cum tutore suo antedicto — — — promiserunt mihi, notario subscripto, legitime stipulanti, in manu mea, sub eorum fide et veritate, rata et firma tenere et inviolabiliter observare et contra eam non venire neque facere quoquo modo in futurum seu quomodolibet revocare. Acta fuerunt hec apud *Herentals* infra septam dicti hospitalis, Cameracensis dyocesis, presentibus ibidem discretis viris, *Johanne de Wickenvorst*, filio legitimo *Johannis de Wickenvorst*, *Godefrido* dicto *Vinx* et *Petro de Baerle* ac pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego, *Egidius* dictus *Cloet*, Cameracensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius — — —.

Oorspronk. handv., groot 133 op 246 mm.
Op de keerzijde:
Van de II fertellen rogx ende dat tgast-
huys plach te gheven.
No 119.

33

Pieter Coetere bekent dat hij van 't gasthuis heeft gekocht voor eenen jaarlijkschen cijns van een oud gouden schild en een denier een half huis met zijne aanhoorigheden, gelegen in de Rechte Straat te Herenthals.

6 December 1362.

Universis presentes litteras inspecturis, nos, *Johannes Theodori* et *Arnoldus Meyers*, scabini in *Herenthals*, salutem cum notitia veritatis. Noveritis quod *Petrus*, dictus *Coetere*, propter hoc in presentia nostra personaliter constitutus, recognovit se a domicella, *Katherina de Malle*, magistra hospitalis opidi de *Herenthals* et a ceteris eiusdem hospitalis domicellabus cum *Johanne de Wickenvorst* et *Waltero de Bolke*, earum mamburnis, medietatem cuiusdem domus cum fundo et eius attinentiis, site in *Vico Recto* inter domum *Martini Alberti Fabri*, ex una parte, et inter domum *Aleidis Veys*, ex parte altera, unde *Heilwigis* dicta *Ruelens* reliquam eiusdem domus possidet sive tenet medietatem sub uno scuto antiquo aureo legali et denario de bono et iusto pondere census annui et hereditarii, firmiter recepisse in festo beati Johannis Baptiste anno quolibet et sic ulterius annis singulis antedictis domicellabus eiusdem hospitalis aut latori presentium fideliter persolvendo. In quam quidem medietatem eiusdem domus cum fundo et attinentiis predictus Petrus impositus est et inheritedatus per monitionem receptoris et sententiam nostram, salvo jure cuiuslibet in omnibus, promittentes antedictie domicelle eiusdem hospitalis cum earum mamburnis predictis jamdictam domus medietatem cum fundo et attinentiis sub tribus libris pagamenti census hereditarii ex prefata domus medietate exeuntibus firmiter declarare et predicto Petro exinde rectam et debitam contra quoscumque prestare warandiam omnium premissorum harum testimonio litterarum sigillis nostris ad preces ambarum partium predictarum sigillatarum. Datum anno Domini millesimo trigesimo sexagesimo secundo, feria tercia post festum beati Andree apostoli.

Oorspronk. handv., groot 93 op 240 mm., met beide zegels nog aan.
Op de keerzijde:
Van eenen ouden scilt.
Hospitale de scuto antiquo super domo
Petri Coetere Rechtstrate.
Het gasthuys gheeft de hellicht van een
huys vuydt op eenen ouden gulden schilt.

34

Jan van der Hoeven, priester, verkoopt aan Jan van Wieke-

vorst, den jongen, vier pond payments op het huis van Jan van Valvekene, gelegen op 't Nieuw-Land.

25 April 1363

Universis — — nos, *Arnoldus Meyers et Gerardus Wijnants*, scabini in *Herenthals* — — Noveritis quod dominus *Johannes Walteri*, presbiter, filius *Walteri* dicti *Van der Hoeven*, — — recognovit se legitime vendidisse *Johanni* dicto *de Wickenvorst*, juniori, quatuor libras pagamenti — — census annui et hereditarii, super domo *Johannis* dicti *de Valvekene*, sita super *Novam Terram*, inter domum domini *Johannis* dicti *de Vorselaer*, ex una parte, et inter domum quondam *Beatrixis* dicte *Witrocs*, ex parte altera, — — in festo natalis Domini anno quolibet et sic ulterius annis singulis antedicto *Johanni* seu latori presentium fideliter persolvendas. In quem quidem. — — Quam quidem hereditatem predictam prefatus *Johannes de Valvekene* a predicto domino *Johanne* quondam ad censum receperat. — — Datum anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo tertio, in festo Marci, evangeliste.

Oorspronk. handv., groot 8 op 24 cm., met beide zegels nog aan.

Op de keerzijde:

Littera *Johannis de Wickenvorst* de IIII libris pagamenti, super domo *Johannis Valveken*.

Nulant.

35

Geeraart Callard verkoopt aan Jan Bruenzelle, van Morkhoven, eenen jaarlijkschen cijns van eenen gouden denier op een aantal goederen te Herenthals.

1 Augusti 1365.

Universis — — nos, *Gerardus de Heze*, et *Walterus Jonghe*, scabini in *Herenthals* — — Noveritis quod *Gerardus*, dictus *Callard* — — recognovit se legitime vendidisse — — *Phillipo* dicto *Bruenzelle*, de *Morrichovzen*, unum denarium aureum — — monete domini nostri ducis Brabantie — — dictum mottoen

super bloco terre dicto *Stappenbloc*, item super pascua dicta *Rijt*, item super pascua dicta *Meerken* et super quadam terre pecia dicta *Brant* — — in festo natalis Domini anno quolibet — — persolvendum. In quibus quidem bonis nomine subpignoris pro dicto mutrone annui censis obligatis predictus *Johannes impo-situs* est et inheritedatus per monitionem *Johannis de Lapide*, vicem gerentis receptoris et sententia scabinorum — — Datum anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto feria secunda post *Jacobi*, apostoli.

Oorspronk. handv., groot 7 op 21 cm.,

Op de keerzijde:

Geeft Callart i mottoen goet van goude Brabants.

36

Jan Cochoven verkoopt aan Jan van Wickenvorst, den jongen, een oud gouden schild op verschillende goederen te Herenthals.

12 April 1366.

Universis — — nos, *Gerardus de Heze* et *Henricus Gheel*, scabini domicellarum *Montis Hannonie*, (1) in *Herenthals* — — Noveritis quod *Johannes*, dictus *Cochoven*, — — recognovit se legitime vendidisse — — *Johanni* dicto *de Wickenvorst*, juniori, unum scutum antiquum aureum legale... census annui et hereditarii super medietate prati, dicti *Hittelbeempt*, in proximis pascuis *Johannis* dicti *Valkeneren*, dictis *Brant*, ex una parte, et super pratum *Gerardi de Wezenbeke*, ex parte alia, et super medietate petie terre, dicte *dweerbijl*, site juxta terram *Gerardi de Wezenbeke*, ex utraque parte — — in festo beati *Bavonis* — — promittens antedictus *Johannes de Cochoven* antedictam prati medietatem et predictam medietatem petie terre sub tribus modiculis siliginis duobus denariis lovanieſibus et tribus solidis pactus et census hereditarii declarare et predicto *Johanni de Wickenvorst* exinde rectam et debitam prestate warandiam omnium promissorum.

(1) Door de Jufvrouwen van Bergen in Henegouwen verstaat men hier het edel Kapittel der H. Waltetrudis te Bergen. Dat kapittel bezat van in de oudste tijden een groot getal rechten en goederen te Herenthals.

In quod quidem scutum aureum predictus Johannis de Wickenvorst impositus est et inheritedatus per monitionem *Johannis Coudenberch*, villici predictarum domicellarum et sententiam scabinorum..... Datum anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto duodecima die mensis Aprilis.

Oorspronk. handv., groot 114 op 216 mm.,
met de zegels aan.
Op de keerzijde :
Van eenen ouden scilt opten Luttel bempt,
te Bamisse.
Nu toebehoort de erfgenamen Schellincx,
tot Grobendonck.

37

Margareta van Wickevorst, begijntje te Herenthals, schenkt aan de infirmerie van 't begijnhof aldaar eenen jaarlijkschen cijns van een veertel rogge, staande op het gasthuis derzelfde stad.

23 Juli 1367.

